

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Arii disputatio execranda et in omnibus repudianda - Cod.  
Aug. perg. 149**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [1. Hälfte 9. Jh.]**

Besitzvermerk: liber Augie maioris

[urn:nbn:de:bsz:31-42022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-42022)



ARRII DISPUTATIO · EXCRANDA · ET IN OMNIBUS · REPU DIANDA ·

I **D**ñs noster ih̄s xp̄s d̄s unigenitus primogenitus totius creationis ·

II **D** Voluntate d̄i et patris sui ante omnia saecula constitutus ·

III **D** Voluntate et precepto ipsius caelestia et terrestria · uisibilia et inuisibilia · corpora · et sp̄s ex nullis extantibus ut essent sua uirtute fecit ·

III **E**t ante quam faceret uniuersa omnium futurorum d̄s et dñs · Rex et creator et constitutus et omnium futurorum innatura habens prescientia · et in faciendo in omnibus expectans patris iussionem · Ipse uoluntate et precepto patris descendit de caelo et uenit in hunc mundum sicut ipse ait · Non enim ueni ipse ueni · sed ille me misit ·

V **E**t quia de omnibus spiritalibus et rationalibus gradibus propter infirmitatem et fragilitatem corporis · Paulominus ab angelis inferior minoratus homo uidebatur · ne se uilem speraret et de salute sua desperaret dñs ih̄s honoris facturam suam dignatus ē humanam carnem suscipere · Et ostendere quia non est homo uilis sed preciosus sicut scriptum ē · Magnus homo et preciosus uir · et ideo solum hominem patris sui heredem · Sibi enim coheredem facere dignatus ē · Ut quod minus acceperat in natura plus haberet in honore ·

VI **C**um inquit uenit plenitudo temporis · misit d̄s filium suum natum ex muliere · Ipse qui uoluntate patris carnem suscepit ipse et uoluntate et precepto eius in corpore conuersatus est sicut ipse ait · Descendi de caelo non ut faciam uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui me misit · ipse et uoluntate patris triginta annorum ubi baptizatus ē uoce et testimonio patris manifestatus · Voluntate et precepto patris euangelium regni caelorum predicabat · sicut ipse ait · Et alius ciuitatibus oportet me euangelium predicare in hoc enim missus sum · et ipse mihi mādaturum dedit · Quid dicam aut quid loquar · et sic uoluntate et precepto patris ad passionem et mortem properauit sicut ipse ait · Pater transeat iste calix a me · Non tamen quod ego uolo sed quod tu uis · et apostolo adserente et dicente · Oboediens inquit factus patri usq̄ ad mortem mortem autem crucis ·

VII **I**sc̄t in cruce pendens uoluntate et p̄cepto patris · carnem humanam quā de sca uirgine maria suscepit in manus hominum dereliquit · et diuinitatem suam in manus patris commendauit dicens · Pater in manus tuas commendo sp̄m meum quia maria mortuum

lib aūgie māioris ·

